

C. VELLEIUS  
PATERCVLVS  
CVM  
ANIMADVERSIONIBVS  
IVSTI LIPS I.



*ed ab Henr. —*

ANTVERPIÆ,  
Ex OFFICINA PLANTINIANA,  
Apud Ioannem Morétum.

clo. loc.

Cum Privilegiis Cesareo ac Regio.

COLL SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

I. L I P S I V S  
T H E O D O R O  
L E E W I O V. C.  
S. D.



N T E biennium , cùm Velleium publicè legissim , visus sum multis digna luce dicere & cognitione etiam aliorum. Itaque hortati sunt ut colligerem , disponcrem , ederem : quod feci , ut vides , in parte . Nam ut omnia quæ ad Historiam , Mores , Prudentiam , opportunè & vtiliter tunc diximus , adiungerem , visum non fuit : saltem illa , quæ nec prompta nimis aut obuia Lectori , & quæ ad medicinam potius Velleij facerent quam ad splendorem . Non pauca enim nobis hinc & alibi , post viros eruditos & serios , obseruata : quæ tegi aut perire ( liberè dicam ) non sit è re litterarum . Et de aliis quidem aliàs videro : nunc Velleium hunc Paterculum iuuentus à me habeat : scriptorem veterem , industrium , disertum ; & addo etiam fidum , nisi quæ Tiberij aspectus obstat , & cùm res tractat sui æui . Illuc declinauit , fateor , & neglexit , quæ Historiæ pes & caput est , Veritatem .

C. VELLEII PATERCVL<sup>II</sup>  
HISTORIÆ ROMANÆ  
AD M. VINICIVM

C O S.

LIBER PRIMVS.

\* \* \* <sup>1</sup>tempestate distractus à duce suo Nestore, Metapontum condidit. Teucer, non receptus à patre Telamone, ob segnitiam non vindicatae fratris iniuriæ, <sup>2</sup>Cyprum appulsus, cognomine patriæ suæ Salamina constituit. Pyrrhus, Achillis filius, Epirum occupavit; <sup>3</sup>Philippus Ephyram in Thesprotiâ, at rex regum Agamemnon, tempestate in Cretam insulam reiectus, <sup>4</sup>tres ibi urbes statuit, à patriæ nomine unam, à victoria memoria Mycenæ, Tegeam, Pergamum. idē mox, scelere patrue lis fratris Ægisthi, hereditarium excentris in eum odium, & facinore uxoris oppressus, occiditur. <sup>5</sup>regni potitur Ægisthus per annos VII. hunc Orestes, matremque, cum sociâ consiliorum omnium fratre Electrâ, virilis animi feminâ, obruncat. factum eius à diis comprobatum spatio vitæ, & felicitate imperij apparuit: quippe vixit annis XC. <sup>6</sup>regnauit LXX, qui se etiam à Pyrrho, Achillis filio, virtute vindicauit. nam quod pacte eius, Menelaus atque Helenæ filiæ Hermiones nuptias occupauat, Delphis eum interfecit. Per hæc tempora Lydus, & Tyrrhenus fratres cùm regnarent in Lydiâ, sterilitate frugum compulsi, fortiti sunt, uter cum parte multitudinis patriæ decederet. sors Tyrrhenum cōtigit. per meatus in Italiam, & loco, & incolis, & mari nobile, ac perpetuum à Italiam nra. se nomen dedit. Post Orestis interitum, filii eius, Pentheus, & Tisamenus, regnauere triennio. Tum, ferè anno octogesimo post Troiam capitam, centesimo & vigesimo, quām Hercules ad deos excesserat, <sup>7</sup>Pelopis progenies, quæ omni hoc tempore pulsis Heraclidis, Peloponnesi impacium obuinuerat, ab Herculis progenie expellitur. duces recuperandi imperij fuere, <sup>8</sup>Teminus, Cresphontes, <sup>9</sup>Aristodemus: quorum atavus fuerat. Eodem ferè tempore Athenæ sub regibus esse desierunt: Athenæ sub quarum ultimus rex fuit Codrus, Melanthi filius, vir non prætereundus; berata. quippe, cùm Lacedæmonij graui bello Atticos premerent, respeditissime que Pythius, quorum dux ab hoste esset occisus, eos futuros superiores; depositâ ueste regiâ, pastoralem cultum induit; immixtusque castris hostiis, de industria, imprudenter, rixam ciens, interemptus est. Codrum cum morte æterna gloria, Athenicos secuta victoria est. quis cum non mitetur, qui iis artibus mortem quæsicerit, quibus ab ignavis vita queri solet. Huius filius Medon primus Archon Athenis fuit. ab hoc posteri apud Atticos dicti Medontidae. sed iij, insequentesq: Archoates, usque ad Charopem, dum viuerent, cum honorem usurpabant. Peloponnesi, digredientes simbus Atticis, Megaram, medium Corinthio. Athenisque vibem, condidere. cùm tempestate & Tyria clavis, plurimum pollens.

I V S T I L I P S I  
A D  
C. V E L L E I V M  
P A T E R C V L V M  
A N I M A D V E R S I O N E S :

Quas recenter auxit & emendauit.



A N T V E R P I A ,  
E x O F F I C I N A P L A N T I N I A N A ,

Apud Ioannem Moretum.

c I o . I o c .

Cum Privilgiis Cesareo ac Regio.

I V S T I L I P S I  
AD  
C. V E L L E I V M  
P A T E R C V L V M  
A N I M A D V E R S I O N E S.



EMPESTATE distractus à duce suo Nestore. ] Quib  
Grati Troia redicentes pasū fuit aut fecerint, narratio fuit: que  
opida considerint, aut ibi fixerint sedes. De quo tamen prædictæ hoc  
manus? Credo de Epio. quo tradit me Ioslinus lib: xxv. Meta-  
pontini in templo Mineru ferramenta, quibus Epio, à  
quo condit sunt, eum Troianum fabricauit, ostentanti.  
Et facit Aristoteles in Adimantidis: Epio Metapontiu abstrahat  
in grecis etiam, ut se tamen ex ille abstinat dicit, an exaximatu, \* & sic \* Fort. ad  
vix ad ipsius litteras etiam. Strabo simpliciter tamen dixit Pylios Metapontium condi-  
dit. Stephanus alio, Metabum nominauit, de quo ipso quia hec capere posu, non nego.

2. Cyprium appulsus, cognominolens cognominem patrie suæ Sa-  
lamina constituit. ] Apud Gratus Latinorum, pafim hec historiæ. illud nota non indi-  
gnum, tempore Isocratis, Teucri genus adhuc fuisse in Cypri regno. In Euagorâ: Teucr. G. N.,  
Teucr. Teucras omnes, αποικιας τε και τοποτερης ιουνιουρ ποιουσ  
της φύτης επι τετράδις ουγκαλης γενετης τε νη φανται την τικτε. Teucer vero, post-  
quam una cum aliis Troiam cepisset, veniens Cypri, Salamina ibi condidit,  
cognominem veteri suæ patriæ, & genus quod nunc ibi regni potitur, reliquit.

3. Philippus Ephytam. ] Imo Phidippus, ex Homeris: quod adhuc obseruantur.  
Corruptum idem nomen videt in Diodori quinto Bibliothecæ, & Strabonii extrema nono. cu-  
mique (Strabonii disco) lacum totum sic lego: Τεκρος δια βουζας της Οινοπατριδος, οινοπατριδος Αριανης η οινοπατριδος οινοπατριδος η οινοπατριδος η οινοπατριδος η οινοπατριδος. Quæ corruptæ aut murila usque adhuc lecta.

4. Tres ibi urbes statuit, à patre nomine unam, à victorice memoriā  
Mycenas, Tegeam, Pergamum. ] In primogenia Rhenani editione (ea purissima),  
Or sepe nobis dux ad meliora vocula aduersa legas et statuit, duas à patre nomine. Vul-  
gata sane manica est. Sed quia hec igit: in sibi vult: & Duplarem patrem fuisse agem, nonnulli  
de Mycenis fateor, & claram est de Tegea, quæ in Arcadiâ, quid ex ad Argamemnonem, non-  
demi legi. Nam Pergamum, sicut, ut Plutarchus in Eusebio appellat (μεγαλεια) certum est à  
viro Pergamit dictum.

5. Regni potuit Aegyptius per annos VII. ] Homerus de hoc ipso: οδυ. II. 7.

6. Regnauit LXX. ] Valde dissentit Enesciamini Chionicos. Mycenis post mortem  
Aegypti Orestes regnauit annis XV. Credo fuisse IX vs.

7. Anno octogesimo post Troiam captam. ] Nota, firmanda sententia no-  
stra de capite Cremendo, scriptis hanc velletant. Nam manifeste comparata: à Troia capta, sed  
in interviro annorum. Strabo differt, qui libro XIIII. scribit Pentilium in Thraciam vel  
annis 57, quarti Troja, regnare Aegyptum, ut Eusebius ad Hesychium sic: Classi etiam Kalles for;  
sexaginta annis post Troica tempora, sub ipsum Heraclidum regeditum in Peloponnesum.

<sup>\*In Provin-</sup>  
<sup>cia ad Lectorum</sup>  
<sup>rem.</sup>